Peruenit ad nos. quod consorator insicilia parua: sibi presumpti
onē defensorum sumeret. atq; eo non solum utilitatibus ęccle
siasticis effectum les. sed etiam hac occasione multa indiscipli
nata committeret; proinde experientię tuę presenti auctorita
te precipimus. ut hoc diligenter inquirat. & si quos sibi pre
ter eos qui huius rei epistolas habent. hoc denuo nomen
usurpare repperit. districta illud emendatione compescat;
si uero quosdā strenuos ac fideles in ecclesiasticis negotiis
eē probaris. subtiliter nobis de his renunciare necesse est. ut
utrum digni sint epistola iudicemus; preterea a fortunato
de his quę gessit. rationes subtiliter perscrutari te uolumus.
& satis factis omnibus qua crediuere constiterit. cum per pa
trimonium uel actionē aliquam ecclę nrę transire ulte
rius non permittas. quia ita sequantium ad nos peruenit exhi
buit. ut commune aliquid deinceps cum nris habere non
debeat; preterea nuntiatum nob est. marcianū quendā qui
nomen sibi defensoris adsumpsit. frī & coepiscopo nrō io
hanni. cui patrimonii nrī curā commiseramus. exhibere
obedientiā distulisse; require ergo. si uerum est. exilio trans
mittatur. ut ex cuius eccla honoris sibi falsum nomen ar
ripuit. tam ministranti utilitatis ipsius minime obędisse.
inpunitum sibi eē [n̄ debeat;] & si qui sunt aliqui ordinationi
memorati frīs nrī inobedientes forsitan extiterint. distric
tam in eis ultionē modis omnib; uindicabis; LXXXV.

GREGORIUS. IOHANNI. EPO. SYRACUSANO.

Quae aduersus lucillum militę ciuitatis epm querella cō

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0466